

DISPUTATIO THEOLOGICA

explicans

Aureum Γενεθλιακόν

PUERULI JESU,

quod habetur Esa. IX. v. 6.

Quam

Auspice & Moderatore
Jehova

IN ILLUSTRIBREGELANA

Ex consensu Amplissimæ & maxime Venerandæ
Facultatis Theolog.

SUB PRÆSIDIO

Admodum Reverendi, Clarissimi atque Excellentissimi

VIRI

DN. COELESTINI MISLENTÆ,

SS. Theol. Doct. ac Prof. P. Ecclesiæ Cathedr.

Cniphov. Pastoris ac Consistorii Sambiensis Affesso-
ris, celeberrimi, fidelissimi, dignissimi, Præ-

ceptoris ac Promotoris sui de-
venerandi

Publicæ συζητήσεως committit

DANIEL Klein /

Tilfa Prussus.

In Acroaterio Magno

ad diem 9. Februarii Anni M DC XXXV. horis matutinis.

Editio secunda


☉ : (○) : ☉

REGIOMONTI,

pl. Typis LAURENTII SEGEBADII, 1702. 68.

Coll. diss. A
201, 59

847. A. 201(59)



DISPUTATIO THEOLOGICA

ANNO 1710

PETERULI FESLI

quod habent Eia. IX. v. 6.

Auspice & Moderatore

Johovs

IN ILLUSTRI BRITANNICA

Ex consensu A. p. p. & maxime Veneranda

theologiae Theolog.

1710



DR. COEURESTINI M. S. S. S.

Dr. Theol. Doct. ac Prof. P. P. P. P. P.

Ordinar. Pastoris ac Capituli S. S. S. S.

in celeberrima theologiae & grammaticae

schola ac Professoris sui de-

DANIEL RIVIN

Th. P. P. P.

in A. C. P. P. P.

in A. C. P. P. P.

Th. P. P. P.

1710

1710





בְּשֵׁם עֲמוּנָה ל

τὰ προγινωσκόμενα,



Uemadmodum CHRISTUS totius scripturae Prophetica & Apostolica centrum est & caput, quem nescire, mori, quem nosse, vivere est; quem spernere, perire; cui servire, regnare est (Aug.:) ita & promissio in V. T. de erigendo hoc salutis κίεατι (Luc-1.69.) omnium aliarum promissionum tam particularium, quam generalium, tam corporalium, quam spiritualium fons & fundamentum est, Gen. 1, 2, 3. c. 18, 18. c. 21, 18. c. 26, 4. c. 28, 14. c. 49, 10. 2. Sam. 7, 12, & seq. 1. Paralip. 18, 11. & seqq. Sic quando Iudaorum Rex Achaz propter conspirationem & expeditionem bellicam Syriae & Samariae Regum Rezin & Pezach contra Ieruschaem metu cum suis trepidabat ingenti, animo, consiliis & actionibus commovebatur nimium; liberationis promissionem, licet non quaesitus, ultro tamen per Legatos suos Iesaiam & filium eius Schearjashubh impio Regi offert gratiosissimus Iehovah. Quam confirmat signo plane miraculoso subsecutur & Messiae Nativitatis, quo omnem Regis & populi animis eximeret dubitationem & diffidentiam; quoq; demonstraret à posteriore: frustra ipsos tantopere timere hostium attentata; non enim posse regnum Iudaicum stirpemq; regiam sub Achazo everti, totaliterq; deleri, ex qua Messias adhuc oriundus esset. Si ergo ipse tantum efficere valet, ut Virgo illaesa virginitate & concipere possit & parere; quanto magis id valebit, ut populum suum contra vim & injurias hostium defendat? Esa. c. 7. Eandem

promissionem repetit Propheta c. 9. Omne praelium, inquit tu-
multuosum & vestimentum tinctum sanguine comburetur &
ignis fiet pabulum v. 5. Rationem, quam indicat initial part. 75
statim subnectit v. seq. Quia puer natus est nobis, & filius da-
tus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus & c.

Nobis τῶ καὶ αὐτῶ δὲ λέγουσι (Rom. 12, 11.) quo adhuc nati
nostri Salvatoris pie recolit memoriam Sancta Mater Ecclesia,
magnum hocce oraculum Propheticum καὶ δόναμιν dextre expli-
care, publicamq; de eo συμφιλολογίαν institueret allubescit. Ex
sacro a. fonte hauriemus secundum incisa sua distinctas proposi-
tiones, quarum sigillatim interpretationem tum verbalem, tum
realem delibabimus.

Tu v. Sancte Spiritus lava, quod est sordidum, riga, quod
est aridum, sana, quod est faucium! Sit jam

PROPOSITIO I.

§. I.

PUlchra hæc est propositio, ob elegantem parano-
masiam, qua Prædicatum cum Subjecto suo con-
nectitur. Subjecti vicem tenet vox 75 denotans
h. l. puerum s. infantem recens natum, qui que in
primo est ætatis gradu. Hinc LXX. adhibent dimi-
nutivum παιδίον puerulum.

§. 2. Quamvis n. ὁ λόγος natura DEUS, DEUS
de DEO, verus DEUS de vero DEO, omnium rerum
Creator & Conservator, adeo tamen ἐσμίκρονεν αὐτῶ τὴν
θεότητα (sc. quoad actum exercitii) ut homo de homine
& de Virgine puer nasci voluerit: Puer tum ætate & sta-
tura, tum simplicitate & innocentia; sed Vir, imo gigas
maximus sua virtute & potentia. Ita n. magnus in forma
DEI, brevis fuit in forma servi, ut nec ista brevitate magnitudo
illa

illa minueretur, nec illa magnitudine brevitatis premeretur, ut
elegantem loquitur Augustinus Serm. 27. de temp. Hinc
fluunt seqq. *ⲡⲟⲗⲟⲩⲙⲁⲧⲁ.*

1. *Dura vox est Nestorii: Nunquam ego DEUM bime-
strem, a. trimestrem dixerim, nunquam parvulum,
nunquam hominem natum.*

2. *Absurdum & impium fuit illud Gnosticorum figmen-
tum, Messiam demum anno fere 30. post natum Je-
sum Nazarenum in ipsius corpus descendisse.*

3. *Filius DEI integrum & perfectum hominem, qua cor-
pus, qua animam, in suam ὁπίσσω assumpsit, sibiq.
realiter univit.*

§. 3. *Predicati loco ponr. verb. in Pual 771 quod
proprie & usitate significat nasci, generari, in lucem edi,
Gen. 24, 14. Jer. 20, 14. c. 22, 26. &c. Hinc (1) non nisi propri-
am & realem Christi Nativitatem admittimus: Vere n. di-
citur in N. T. τὸ ἐν αὐτῇ (sc. Maria) γεννηθῆν Matth. 1, 20. ὁ γε-
νόμενος ἐκ γυναικός Gal. 4, 4. τὸ γεννημένον ἅγιον Luc. 1, 35. (2)
non quaerimus praeter scripturae testimonia extraordina-
ria in Nativitate Christi miracula, qualia conficta reperiu-
tur in protevangeliis illo, quod titulum gerit Jacobi fra-
tris Domini, de quibus vid. Dn. Chemnit. l. 1. har. Ev. c.
8. p. 174. Sed sufficiat nobis id, quod scriptura tum hic,
tum alibi Esa. 7. Luc. 2. de nostri Jesuli nativitate edisserit:
ἰδὲν δὲ ἅτερ γεννηθῆς*

ⲡⲟⲗ. 1. *Vaticinia de adventu Messiae omnia sunt categorica,
non sub conditione constantis DEI cultus, & divinae
legis observantia.*

2. *Usitata est enallage in script. qua praeteritum poni-
tur pro futuro, לְמִי שְׂמֵארוּ שֶׁל הַקְּרוֹשׁ בְּרוּךְ הוּא
מַעֲשֵׂהוּ ut loquuntur Rabb.*

3. *Filius DEI non per Mariam tanquam per canalem
corpore suo γεννώθῆν jam secum allato, transeundo,*

neque κατὰ δόκησιν ἢ φαντασίαν, sed vere natus est homo.

§. 4. Cæterum determinatur Prædicatum hoc mentione *Objecti*, quod partic. *וְל* in hac proposit, insinuat, & in seq. *καὶ ἐμφασιν* repetitur: (1) n. commendat nobis *immensum illum ineffabilis amoris divini fontem*, ex quo Creator ad Creaturam, immortalis DEUS ad mortalem hominem gratiose fluxit, & mirabili commercio hunc sibi *ὑποστατικῶς* associavit. (2) salutiferam hanc *τῆ λόγῳ* incarnationem factam esse docet, non Angelis, utpote quos non assumpsit, Eb. 2, 16. *τὸ δὲ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπειυτον*, regula est Athanasii; *sed solis hominibus*, quorum naturam tanto dignatus est consortio,

§. 5. Non a. existimandum est, particula hac promissionem de Messia ad solos Judæos restringi, exclusis gentibus. Quemadmodum n. nullibi gentes ab hac promiss. excluduntur, ut ut Judæis externam quandam prærogativam largiamur; sed potius sub universalitate ejus comprehenduntur, Gen. 12, 3. c. 22, 13. c. 26, 4. Hag. 2, 8. Luc. 2, 31. 32. ita nec hoc loco. Agit siquidem sub init. hujus cap. Propheta simul de vocatione & illuminat. gentium, ut probat *παραλληλία* loc. Matth. 4, 15. 16. 17. Luc. 1, 79. Hinc ille *ὁρθοδοξίας* nostræ constans assertor Luther. tom. 3. Jen. in Esa. fol. 304. *Nobis*, inquit, *natus est puer, qui sumus in tenebris, qui sub peccato & tyrann. corporalibus & spiritualib. sumus, natus est parvulus, non Rex, qui tractat arma; sed pacificus, qui nos in suum regnum pacis afferat.*

πρὸς 1 *Universalis est Messia promissio, partialis tamen ejus, hominum respectu, applicatio.*

2. *Una eademq. est via ac salvandi ratio in N. quæ fuit in V. instrumento.*

§. 6. Rabbi D. Kimchi super modo explicata Esaiaë verba

זה אמר על חזקיהו לפי שבימי מלכותו
 היתה התשועה הזאת לישראל שנגק מחנה אשור כאלו אמר זה
 אעף שחחו: Et R. Salom. Jarchi: יהיה בזכות חי לד שילד לנו
 רשע. הוא בנו הנולד לו זה כמה שנים להיות לנו תחתיו למלך
 צדיק יהיה Verum quod *ψευδεργωνεία* hæc fit subsistuta in
 locum veræ & genuinæ interpretationis, demonstrabi-
 tur, ut una fidelia duos dealbemus parietes, prop. 4. Ex-
 plicato Nomine Messia; Sequitur

PROPOSITIO II.

בן נתן לנו

§. 1. Correspondet hæc præcedenti orationi ter-
 minorum positu. Quoad nom. *Subjecti* notamus, בן h. l.
 obtinere significationem veram & propriam, qua *natura-*
lis filius indigitatur; non synecdochicam aut metaphor.
 qualis est Gen. 29,5. Exod. 4, 22. Esa. 11, 14. c. 21, 10. &c. *Præ-*
dicati vox נתן est in Niph. significans impræsentiarum
 datus, donatus est, ἐδόθη, ut h. l. versio Græca. De part.
 לנו dictum est in præcedentibus.

πρὸς. Missio Filii in carnem non est nostrum meritum, sed
 gratuitum & bonum θεόςδοτον.

§. 2. *Judei* hanc propositionem priori καὶ ἐπεξηγήσιν
 saltim subjici contendunt, ita quidem, ut posteriore hac
specialiter masculinus exprimatur *sexus*. Verum enim ve-
 ro fascinati non vident, determinationem hanc jam fa-
 ctam esse voce ילד quæ uti vere mascul. est; ita in eo-
 dem quoque gen. cum adj. suo verbo constructa reperi-
 tur tum hic, tum alibi Gen. 21, 8. 2. Reg. 4, 18. &c. Cornel.
 à Lap. in comm. suo super Esa. c. 9. p. 142. de hoc effato
 Proph. ita scribit: Nota, τὸ parvulus natus est nobis, idem
 est cum eo, quod subdit & ob elegantiam ac delicias amoris repe-
 tit: & filius datus est nobis.

§. 3. Sunt

§. 3. Sunt tamen, qui verbis his paulo aliter à præced. formatis proprie significari sentiunt: Filium hunc non tantum verum esse hominem juxta temporalem suam ex Maria Virgine nativitatem, sed quoque verum Deum & æternum æterni Patris filium secundum æternam suam à Patre generationem. Sic inter Patres Eusebius Emis. hom. 1. *Natus est nobis, inquit, qui sibi erat; datus ergo est ex divinitate, natus ex virgine; natus, qui sentiret occasum, datus, qui nesciret exordium; natus, qui & matre esset junior, datus, quo nec Pater esset antiquior: natus, qui moreretur, datus, ex quo vita nasceretur. Ac sic qui erat, datus est, qui non erat, natus est.* Confer. P. Galat. 1. 3. c. 19. col. 152. & D. Forster. in comm. super 9. c. Esa. p. 398.

§. 4. Verum nos piam hanc suis autoribus linquimus sententiam existimantes, filium hunc non *ψιλὸν ἀνθρώπου* esse, argui non tam hac Phrasi, quam magnis de hoc subjecto prædicatis in seqq. scopo item & contextu Prophetico, aliorumq. scripturæ locorum collatione. Quis enim nudus hominis filius est aut vocari potest *אב אביר* Pater æternus &c.? Nec Propheta Judæis & Gentibus Galilææ & aliar. region. habitatoribus promittit in æterno salutis negotio Salvatorem merum hominem. *Maledictus, qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum, Jer. 17, 5.* Sed filium hunc simul ab æterno à Patre genitum esse, testatur Psal 2, 7. filium hunc *ἐκ τῆς μαρτίας γενώμενον* filium DEI appellandum refert Angelus *ἄρα νόπεμπ* Luc. 1, 35. filium hunc in tempore dandum, esse simul *filium DEI unigenitum*, asserit Christus ipse Joh. 3, 16. qui propterea est proprius DEI filius *ἰδίου* habens *πατέρα*, quemadmodum nuncupatur Rom. 8, 32. Joh. 5, 18. Hinc

προς. 1. Non demum in utero B. Virginis existere cæpit Filius DEI, sed jam inde ab æterno extitit personaliter subsistens.

2. Idem

2. Idem filius, qui erat ante tempora, missus est in plenitudine temporis, assumpta carne humana in suam *וְשׁוֹשָׁאֵו*, ut sit unus Christus unitate personali.

PROPOSITIO III.

וְתַהֵי הַמְּשָׁרָה עַל שְׂכָמוֹ

§. 1. A descriptione Personæ Messiaë progreditur Propheta ad Regnum ipsius, quod in hoc & seq. v. describit (1) à forma (2) ab amplitudine (3) subjecto in quo (4) mediis (5) duratione (6) causa efficiente principali. Forma depingitur propositis hisce verbis, quæ Targ. ita reddit: וְקַבִּיל אֹרִיתָא לְמַתְרָה עֲלוּהִי LXX. vero, *τῶν ἢ ἀργὴν ἐγευσθήσῃ ἐπὶ τῶν ὠμῶν αὐτῶν*: Ut a. res evadat planior, juvat, non nihil *ἐγευσθῶν* genuinas horum terminorum significationes.

§. 2. Interpretatur Paraph. Chald. vocem *הַמְּשָׁרָה* nomine Chald. אֹרִיתָא quod significat Legem: verum contra vocis naturam, textus perspicuitatem, & ipsorum quoq; Rabb. explicationem. Descendit n. à R. שָׂרָה quæ significatione coincidit cum שָׂרָר principem egit, prævaluit ut princeps Gen. 32, 28. Ose. 12, 4. unde nomen hoc, significans principatum, dominium; nullibi autem Legem, (2) in textu introducitur Christus ut שָׂרָר E. non virga humeri, non jugum legis hic ipsi debetur; sed מְשָׁרָה h. e. principatus, isque multiplicandus cum pace æterna super folio Davidis & regno ejus v. 7. Num quid hoc legis est? (3) nec aliter exponit R. Kimchi inquit: צִדָּה הִילָד לָא: Quam significationem constanter quoque retinent Græci voce *ἀρχὴ* & Latini voce *principatus* & *dominii*. Alii Cabalistiche explicant, quasi מְשָׁרָה per crasin idem sit, quod מְסִיר שָׂרָה ex spina imperium, quo significetur, Christum per spinas & cruces adeptum

B

adeptum

adeptum esse imperium. Nonnulli per principatum intelligi hic volunt *crucem & varias illas passiones*, quas Christus sibi ipsi imposuit, sponte portavit, iisque mundum & principem hujus seculi devicit.

§. 3. Vox כֶּחָזֵק signif. humerum, ὤμων , partem corporis erectiorem & sublimiorem à כֶּחָזֵק quod in Hiph. usitatum signific. manicare, mane surgere, ut explicat Schindl. in Lex. suo Quidem per humerum, quando de Princip. dicitur, denotari volunt *officium Principis*, ut sit q. humerus populi, qui curam & onera ejus fortiter ferat.

§. 4. Propius tamen ad rem accessuros nos puto, si dicamus, phrasi hac significari: *penes Messiam plenam esse principatus & regni sui administrationem* Matth. 28, 18. quem admodum de *Eliakim* dicit Jehova Esa. c. 22, v. 22. se clavem domus David positurum esse עַל שֵׁכֶמֶת h. e. omnem aulæ regiæ administrationem ipsi committere velle. Et hinc confertur *dominium & regnum Principis Christi cum aliorum imperiis*: scilic. non indigere ipsum alieno vel humero vel brachio, sed proprio omnia potentissime gubernaturum. Ipse n. cum Patre suo operatur ἐως ἄγρι Joh. 5, 17. Omnia in omnibus adimplet Eph. 1, 23. dominatur à mari usq; ad mare Psal. 72, 8. Zach. 9, 10. verum *imperio spirituali* Dan. 7, 14. Zach. 9 11 Joh. 18 36. 2. Cor. 10, 4. & 5.

$\pi\alpha\sigma\epsilon\iota$. 1. *Impii sunt Judæi singintus duos Messias, quorum alter Ben Joseph, pauper & miser, de quo Esa. 53. alter Ben David gloriosus & potens, de quo hic & alibi: & quod egenus ille jam dudum venerit, sed Romæ sub porta inter mendicos delitescat.*

2. ἐμπαυλίωθῃσαν imaginand. *sibi mundanum aliquod & terrenum Messie regnum.*

3. *Non indiget Christus regni sui in his terris Vicario Papa Romano, sed ubiq; regnat presentissimus*

PRO-

PROPOSITIO IV.

ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור ואבי עד שר שלום :

§. 1. Ecce principatum gerit Princeps noster *titulis magnificentissimis Illustrissimus!* At vero ô improbam injuriam hostium Jesu Nazaræni ἀσπρόνδων Judæorum, qua tantos, gloriosissimo nostro Principi detractare satagunt titulos!

§. 2. Primo insultu petunt ὑποκείμενοι hujus προτάσεως, quod שמו est, vox sc. cum aff. 3. pers. respiciens nomen anteced. בן ירדן seu ירדן quod de Messia Christo nostro explicavimus supra. Hi vero ut anteced. ita & hoc subjectum Ezechiaë assignant, quoque is in oraculo hocce Proph. & nascendus & titulis ornandus promittatur. Sic enim R. Salomo הקכה שהוא מפליא עצה ואל גבור ואבי עד קרא שמו Idem של חזקיהו שר שלום כי שלום ואמת יהיה בימיו: Idem vult Kimchi explicans aff. hoc per ירדן תורה quem Hiskiam esse dixit in præced. ut visum est prop. 1. § 7.

§. 3. Verum nos (1) opponimus recentioribus hisce Rabb. antiquiorum scripta & sententias, quibus non Ezechiam, sed ipsum Messiam nominari hic, exponunt. Nam in Echarabbathi R. Joses Galilæus dicit: Nomen quoque Messiaë vocatum est שלום sicut dictum est Esa. 9. Pater sempiternus, Princeps, Pax. Idem quoque probatur ex Beresith rabba & Galerazeia R. Haccados, quos citat Galat. lib. 3. c. 19. quam lustrare possunt. Adstipulatur his Paraphr. Chald. R. Jonathas, quando inquit: ואחקרי שמיה כשיחא (2) negari non potest, promissionem hanc esse de re nova & insolita, non ergo nisi futurum respicit. Ezechias autem jam tum natus erat, ut patet ex lib. 2. Reg. c. 17. & 18. (3) Prædicata sunt intelligenda secundum conditionem subjecti: non autem talis erat conditio subjecti Ezechiaë, ut reciperet magna hæc κατηγορήματα, quorum mox

reddetur expositio, (4) idem evincit *Exordium hujus concionis*, quod utique de Messia intelligendum esse, testatur Matth. c. 4. v. 15. 16. 17.

§. 4. Not. autem hic (1) nonnullos prom. hoc aff. vocis —^{u} exponere *reciproce*, ut sensus sit: Et vocabit sc. ipse puer aut filius nom. suum &c. (2) *synecdochen* esse numeri, cum non unius, sed plurium nominum heic fiat mentio. (3) intelligi nomen *non impositionis*, & proprium, sed rei & officii, quemadmodum Esa. 1, 26. dicitur: Vocaberis civitas iusta & fidelis i. e. re ipsa talis futura es Conf. c. 60, 14. Zach. 8, 3.

§. 5. Προσηγορευόμενον verbum נקרא infestant partim Judæi, partim Pontificii. Illi suis honoribus Jesum injuriose deorbando verbum hoc ad Deum Patrem referunt, quod sc. ipse, utpote Deus benedictus, qui est mirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater æternitatis vocaverit nomen pueri istius Hiskiaë Principem pacis, ut ita nomina illa magna in constructione verbum præcedant. Hi contendunt, textum Ebraicum h. l. *turbidum fluere*; pro passivo enim à Judæis substitutum esse activum, ut ita ex grammatica ratione probari non possit, nomina hæc de Messia intelligenda esse.

§. 6. Sed resp. Judæis, concedendo quidem, quod verb. hoc ad Deum Patrem referri possit, verum non eo, quo Judæi volunt sensu; sed quod tum respiciat finem v. 7. ubi dicitur, quod facturus hoc sit Zelus Domini. Pontificii vero id sibi responsi habeant: se frustra laborare in eo, quod hic intendunt. Non enim deprehenditur *fontis impuritas sed Ebraici sermonis proprietates*, qua verbum hoc explicatur vel impersonaliter, vel passive, vel commode subintell. nominat. aliquod. Sic Jud. 6, 32. ויקרא לו ירבעל Luth, recte vertit: Man hieß Jhn Jerub Baal Esa. c. 44, 5.

44, 5. זה יקרא בשם יעקב und jener wird genannt werden mit dem Nahmen Jacob. conf. loc. Lev. 13, 45. Esa. 62, 12. & exempla alia Job. 3, 3. Mich. 2, 4. Hab. 3, 17. &c. Hinc & idiotismum hujus ling. *sui sermonis idiomate* passive expresserunt Paraphr. Ch. verbo יקרא LXX. verb. καλεῖται & Luth. noster, Er heist/ quod idem est cum eo, Er wird genennet.

§. 7. Circa καληγορούμενον hujus prop. ita se gerunt Judæi, ut quatuor priora nomina tribuant vocanti DEO Patri in nominat. reliqua v. puero vocato in acc. casu, velut apparet ex allegatis in §. 2. Verum *absq. ratione*: Omnia enim æquali nexu cohærent, nec videtur ulla heic casuum diversitas. (2) non agit Propheta de DEO Patre ut de ὑποκειμένω γενεῖ, nec hunc titulorum συναθροισμὸν ei attribuit; cum nulla de ejus nominibus, titularis ac epithet. hic sit quæstio: sed occupatur in describendo Messia promisso mundi salvatore; quem uti anxie expectabant, ita ipsum quoque secundum personam & officium, qualis futurus esset, cognoscere gestiebant. (3) Sic epitheton Consilarii Filio peculiariter tribuitur: Ipse siquidem nobis omne consilium Dei, hoc est, verbum Evangelii & sacrament. Act. 20, 27. Luc. 7, 30. revelavit, communicavit Joh. 1, 18. Matth. 11, 17. Marc. 16, 15. Matth. 26, 26. &c. (4) Ipse Rab. Aben Ezra nomina hæc *Puero* nato attribui, secus quam illi, censet in comm. super hunc loc. c. 9. Esa. והנכּוּן בעיני כּוּל אֱלֹהִים שְׁמוֹ הַיְלֹד

§. 8. In speciali Nominum Messia *θεωρία* occurrit *Primum* פּלֵא quod signific. *abstractive*, arduum, mirabile Exod. 15, 11. Psal. 77, 12. Pf. 89, 6. & in loc. aliis omnibus, nisi hic significationem concretivam cum interpr. statuere velimus. Simile fere reperitur Jud. c. 13, 18. ubi Angelus (filius Dei) ad Mamoach *quid queris, inquit, nom. meum,*

quod est מִלְּפָּנָיִם Mirabilis autem est in æterna generatione, in temporalis conceptione: mirabilis in unione carnis cum λόγῳ: mirabilis in redemptionis opere, in regni sui administratione.

§. 9. *Secund.* est נִסְיָאֵי usurpatur & participialiter & nominaliter Esa. 19, 17. Prov. 11, 14. Mich. 4, 9. Chald. Interpr. & R. Schelomo conjungunt hunc titul. cum priore & vertunt mirabilem in Consilio, admirabilis consilii Deum. Sic, LXX. θαυμασὸς σύμβουλος, cui præponunt adhuc alium, qui est, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. Vere enim magnus est Consiliarius Ch. I. radicaliter & subjective, cum sit essentialis sapientia Patris Prov. 8. in quo absconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Col. 2, 3, 2. effective & communicative. *A me est consilium & lex, mea est intelligentia, mea est fortitudo &c.* inquit hic ipse Consiliarius Prov. 8, v. 14. & seqq.

§. 10. *Tertium*, quod de Messia prædicatur, nomen est מִלְּפָּנָיִם Tria hujus significata: (1) signific. *concretive* potentem, penes quem est facultas faciendi aliquid, Ezech. 31, 11. Ps. 9, v. 1. (2) *abstractive*, potentiam aliquid faciendi Deut. 23, 32. Mich. 2, 1. (3) *per antonomasian* Deum significat, qui μόνος est δηνάσης. Lutherus in secundo signific. accipit h. l. voc. מִלְּפָּנָיִם redditque per *virtutem*, Germ. Kraft/intelligendo virtutem Dei essentialem. Non autem eo ipso corruptit textum, ut vox est roforum ejus clamosa, cum non tam in illa vocula, quam in toto cap. contextu argumentum pro adstruenda Messia divinitate sit quærendum. Quare autem ita vertere voluerit, explicat se satis tom. 3 Jen. Germ. fol. 184 quia (1) vox hæc signific. etiam *virtutem & potentiam*, & (2) referuntur hic *nomina officii*, Nihilominus tamen recte etiam explicari posse voce Gott/ ostendit lib. de ult. Verb. Dav. tom. 8 Jen. Germ. f. 145.

§. II. *Quar-*

§. 11. *Quartum* nom. גבור admittit interpretationem vel adjectivam, vel substantivam. Gen. 10, 8. Jer. 9, 23. Psal. 45, 4. pleriq; conjungentes hoc cum præced. adjective exponunt, *Deus fortis*, ut contradistinguat^r idolis gentium. Non vero obstat, quo minus vertatur substantive Held/ & seorsim tribuatur Christo, quemadmodum cum nonnullis fecit Lutherus tom. 3. Jen. Lat. f. 304. à priori ita distinguens, ut illud significet *virtutem substantivam*, qua sustinet alios, hoc *activam seu operativam*, qua resistit inimicis, quos fugat & perdit.

§. 12. *Quintum* est אבי ער. אב autem non est h. l. nomen personæ, sed officii. Tribuitur Christo, non ratione operis ad intra, sed ratione operis ad extra & quod sibi per verbi prædicationem & baptismam filios spiritualiter generavit & adhuc generat. Pater autem est non temporalis, sed קים לעלמין & τὸ μέλλοντ^ς αἰών^ς, (ut hab. Tharg. & LXX.) qui filiis suis æternum regnum perpetuamq; hæreditatem paravit, Luc. 22, 29. De partic. ער notandum est, eam absolute positam extra constructionem significare perpetuitatem infinitam. Psal. 19, 10, Hab. 3, 6. Job, 20, 4, Esa. 26, 4. sed infinitam consequentia infinita.

π^ος. Nullum est vocab. Ebraeum exacte significans absolutissimam illam durationem aternitatis tam à parte ante, quam à parte post omnino interminabilem.

§. 13. *Ult.* Epitheton Messiaë est שר שלום Et hoc unicum est, quod nato puero attribuunt Rabb. recentiores, reliqua omnia Deo Patri. Principem autem pacis vocant Ezechiam, quia temporibus ejus fuit veritas & pax, nec enim serviebat Regi alieno. Nos hunc honorem Christo nostro deferimus, qui *Princeps pacis* dicitur (1) quia passione & morte suo Deum homini, summa inimicis reconciliavit (2) pacem nobis suam dedit & moriturus quasi testamen-

testamento legavit, & (3) pacem in conscientia nostra operatus est Joh. 14, 27. Rom. 5, 1.

§. 14. Lustrandum esset porro mentis & fidei oculis gloriosissimum Principis nostri Regnum secundum suam amplitudinem, regiam sedem, modum & media gubernationis, æternamq; durationem: Verum hæc alii reservantes occasione hic receptui canimus, & colophonem Disputationi nostræ imponimus egregio hocce S. Leonis effato Serm. 6. de Nativ. *Natalis Domini Natalis est pacis: Ergo singuli fideles offerant Patri pacificorum Concordiam filiorum.*


ἑπεισδύματα.

1. *Utrum Messias jam venerit, an vero adhuc expectandus? Prius affirm. Posterius negatur contra Jud.*
2. *An ex cap. 7. Esaie illibata Matris Messia Virginitas demonstrari possit? Aff. contra eosdem.*

Præstantissimo Dno. Resp.

Suspirat frustra Christum Judæus Apella,
 Quem carne indutum pagina sacra probat.
 Pagina sacra probat, veracem hunc esse Jehovam,
 At recutitorum pectora cæca negant.
 Pagina sacra docet, gnatum donasse Jehovam
 Mundo; sed munus spernit id illa cohors.
 Tu Kleini hanc rabiem domitas è divite gaza
 Tela petens, verbi dogmata falsa necas.
 Afferis, ille Deus quod sit, qui tempora cuncta
 Anticipat, certo tempore factus homo.
 Perge, age, cælesti tu zelo prælia cæli
 Differe, sic cæli præmia magna feres.

M. Michael Reimannus.



Coll. diss. A. 201, misc. 59